

INTELLECTVS.

309

Pūge & dabit lachrymas, stringe & dabit intellectū
Orig. super Exo.

Intellectus donū exercitan dū est, ne in otio torpeat
Idem. 22. Mor.

Quidā de intelligētia: alij de operatione exultāt. Ib.
Intelligētes & illuminati, plures in aeniuntur: sed af
fecti pauci. Ber. de Asc. Dñi.

Intellect⁹ rerū spūaliū ver⁹ est aīq̄ panis. Ber. sup cā.

DUBITATIO.

EX GRÆCIS ET LATINIS

Solutio dubitatiois est inuētio veritatis. Idē eth. 7
Satiusest id ipsum de quo ambigitur concedere,
quā impudenter resistere. Cic. de offi.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS
ILLVSTRIBVS.

Indubio, pl⁹ alieno q̄ pprio credim⁹ cōsilio. Ber. i Ep.
Tepidi, quasi in inferno sunt. Ibidem.

Ambigua in meliorē partē sūt vertēda. Ansel. ad Ro.
Res dubia hominē negligentē facit. Chri. sup Matth.

In reb⁹ dubijs nō debet eē iudiciū absolutū. Gr. i m.
Dubitatio electis oritur ex virtute humilitatis. Idem
super. 1. Reg.

Melius est dubitare de occultis, quā litigare de in
certis. Aug. 9. super. Gen.

Discedat de corde petitoris dubitatio, & veniet ei lar
gitoris inundatio. non trepidet, qui rogat: & non
se subtrahat qui erogat. Ibidem.

S E N S V S.

EX

SENSVS.

EX GRÆCIS ET LATINIS.

Sensus ad plurima intētus, minor est ad singula. Apud Iurifconf.

In quibusdam sensib⁹ nos superant cetera animalia, quoniam iustum fuit vt quibus nihil dandum fuit intellectus, aliquid amplius daretur in sensu. Aug. de spiritu. & Anim.

Vnu quisq; in suo sensu abundat. Hyer. ad Dem.
Sensibus nostris velut naui vtimur. Idem 10. Sol.

A V D I T V S.

Auditus in homine via est ad disciplinam. Ar.
de sens. & sens.

Audienda magis, quam loquēdi studiosos esse oportet. Diog. lib. 1.

Qualia dixeris, talia audies. Homer. lib. 1.

Qui libenter audiunt, & magis attendunt, & facilius credunt. Quint. lib. 8.

Legendi semper occasio est, audiendi non semper.
Plin. lib. 1.

Sunt quēdam audientium auribus danda: pręsertim si materia non refragetur. Ibidem.

Me potius magistrum delectat audire, quam velut magistrum audiri. Aug. de orig. Ani.

Admonemus charitatem vestram, vt ea quę audient tanquam ventre memoria reconditis, rursus reuoluendo & cogitando, quodammodo ruminetis.
Idem super Psal. 14.

Qui legere non potest quia non vacat, aut quia literas

rasignorat: Saltem audiat. Ibidem.

Etiā scientibus, ipsa quę sciuntur prodest audire:

Chr. Ep. ad Heb.

Auditor in delitijs agēs, oscitās est. Idē sup act. Apof.

Audiores beneuoli alacres reddunt prædicatores.

Idem super Gen.

Vocem illius doctoris audite, qui non sibi plausum,
sed mihi planetum moueat. Ibidem.

Non æquē amici audiunt, & inimici. Hier. in Ep.

Propter bonos auditores malis doctoribus sermo
datur, & propter malos auditores bonis doctori-

bus sermo subtrahitur. Idem super Ezech.

Auditū & nō visu peruenitur ad notitiā veritatis.

Bern. super. Cant.

Auditus ad meritum, visus ad præmium est. Ibidem.

ORDO ET REGULA

Lapis componi debet ad regulam, non regula
ad lapidem. Plut. de Prof. Mor.

Nihil ordinatum est, quod præcipitatur & pro-
perat. Senec. Epist. 40.

Ex ordine rerū cognoscitur Deus. Aug. de Ver. Reli.

Illud a me accipiatis volo, si quis temere ac sine ordi-
ne in diciplinarum & rerū cognitionem audet ir-
ruere, pro studioso curiosum, pro docto indoctum
pro cauto incredulum fieri. Ibidem.

Ordinatissimum est aliquando, aliquid sine ordine
facere. Bern. in Ep.

Accedendū est ad Deū, non irruendū. Idē. sup Cāt.

Ordines

AFFINITAS.

Ordines in Ecclesia debet esse ad instar angelorum
in celo. Greg. in Reg.

Ordinatum ad vnum finem, non debet eius contra-
rium operari. Ibidem.

AFFINITAS.

Quid prodest affinitas, vel temporalis salus, si eter-
nam Christi hereditatem salutemq, perpetuam
in nostra cognatione contempnimus. Aug. ad serm.

Est approbata liberalitas, ut proximum seminis tui non
despicias, si egere cognoveris: non tamen ut illi di-
tiores fieri velint, ex eo quod tu potes auferre pau-
peribus. Amb. de Offic.

Non sanguinis nequitudo sed virtutis, cognitio proxi-
mos facit. Idem super Matth.

Fratri necessitati impendendum, quicquid ultra
tuae necessitatem habemus. Ibidem.

MORES ET QUALITAS.

EX GRÆCIS.

Quot mores hominum, totidem Respub. Plat. de Rep.
In re frequenti cognoscuntur habitus. Arist.
Ethic. 3.

Mores hominum boni, approbat verba. Plu. de of. audit.

Ne sis nimium moribus facilis: nec nimium diffici-
lis. Demet.

Sis in adolescentia continens, in media etate iustus, in
senectute

MORES ET QUANTITAS. 304

senectute sapiens, in morte non doleas. Ibidem.
Nec vinum austernum aptum est potioni; nec mores
agrestes conuersationi. Stob. lib. 2.

Mores iusti, peculium sunt præciosissimum. Ibidem.

Bonus mos stabilius est lege. Ibidem.

Mores dicentis, non verba persuadent. Ibidem.

Perfarū reges anteq̄ sacrificēt, de pietate differūt, an
teq̄ bibāt d̄ cēpātia: pugnaturi vero d̄ fortitudie. lb.

EX LATINIS.

Sibiq̄sq; dat mores ministeria casus assignat. Sen. ep.

Plura moribus quā, viribus vincimus. Quint. Dec. 3.

Magna voluptas est æqualē verbis vitā agere, & ita
vivere, vt omnis oſo morib⁹ cōsonet. Cic. cōt. Sal.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

Mores nŕi ex eo qđ diligimus iudicātur. Aug. ep. 52.

In moribus nostris nihil fiat, qđ cuiusq; offendat as-
pectū: sed qđ nostrā deceat sanctitarē. Idē in Reg.

Quisquis rebus prætereuntibus stritius viuit, quā
se habent mores cum quibus viuit, aut intempe-
rans est, aut supersticiosus. Idem. 3. de Doct. Chri.

Quoniam in disponendo statu ordinādīq; morib⁹,
maiori periculo peccatur, maior diligentia adhi-
beri debet. Lact. lib. 2.

R E M E D I V M.

Remedia malorum in ipsa mora sunt. Euripid.
in Herc. Fn.

Qui.

PATIT REMEDIUM.

Quibusdam remedia danda sunt quibusdam in-
culcanda. Senec. Ep. 27.

Gubernator ubi naufragiū timet, iactura que quid
seruari potest redimit. Curt. lib. 5.

Tutius arbitror mali remedium ab animo quam à lo-
co petere. Ibidem.

Qui remedium expectat, celare suum malum non
debet. Ibidem.

Ex consideratione remedij: periculi estimatur quan-
titas. Ber. in Nat. Dom.

Remedia superstitiosa fugienda sunt. Chr. Ho. 8.

VULTVS ET FACIES.

Facies Dei, manifestatio eius intelligenda est:
nō aliquod tale membrum, quale nos habem⁹
in corpore. Aug. 22. de Ciuit. Dei.

Quando Deus nobis aliquo miraculo adest, faciem
ipfius oculis nostris non videmus, sed affectu mi-
rabili, suam præsentiam insinuat hominibus. Idē
Psalm. 44.

Non ita exprimit affectum digitus, sicut vultus
Bernard. super Cant.

Formarum varietas, & specierum numerositas in
rebus conditis, quid sunt nisi quidam radij deita-
tis? Ibidem.

Rusti aspectus in plerisq; admonitio correctionis est:
in perfectioribus autem lætitia. Amb. super psal.

MERCATVRA ET LVCRVM.

EX

CVi nihil restauratur, habita finiuntur veloci-
ter. Arist. Eth. 4.

Lucrū turpe accusatio naturæ est. Stob. li. 4.

Lucrum auxilium est indigentis. Arist. Eth. 8.

Fidelis terra est, infidele mare, insatiabile lucrum est.
Demosth.

Nisi lucrum esset, nemo esset improbus. Ibidem.

Pecunia in emendo & vendendo æquat summos in-
firmis, tollitq; dei sidium. Idem in Arg.:

Vt paucis dicam, quantum vis sapietem animum, lu-
crum vi superat. Stob.

EX LATINIS.

¶ Nullus nisi ex alterius damno quæstus est. Senec.
de Ira, lib. 2.

Malo emere quàm rogare. Cicer. in Ver.

Emptum cum male est, semper pœnitet. Pli. lib. 18.

Quid non facit, aut patitur mercator? Ibidem.

Publicum à paucis emi periculosum est. Sal. in Cat.

Lucri bonus odor ex qualibet re. Iuue.

Difficile salua erit ciuitas, in qua pluris quam bos ve-
nundatur piscis. Plut. in Apoph.

Qui præcotia magno emit, desperat se ad maturita-
tis tempus peruenturum. Diog. lib. 2.

Res partim emuntur pecunia, vt domus, partim tē-
pore & diligētia, vt liberalis disciplina. Ibidem.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS

ILLVSTRIBVS.

¶ Non sic sapit lucrum q̄ dolet damnū. Aug. ser. 48.

Pp Com-

DEBITVM ET

Commune lucrum fit, quod communi labore acq̄-
situm est. Idem de Nat. Ioan.

Si negotiatores quæris primus in culpa propter
auaritiamest: si militantem respicias, cupiditas illi
causa militiæ est: si officia singula perferueris, in-
uenias homines non honestate duci ad obsequiũ,
sed præda veluti ad negotium prouocari. Ibidẽ.

Vltronæ vilescunt merces, & pretia facilitate decre-
scunt. Hier. in Epist.

Quæstum facile negligit generosus animus. Ibidẽ.

Lucrum & diuitias per bella quærere nefas est, per
Marsia autẽ periculum, per fallitates opprobriũ,
per agriculturam vero licitum est. Casiod. in l. p.

Præcium rebus imponit affectus. Ambr. de Offi.

Lucra interdũ dani occasiõe colligim⁹ Chrys. Mat.
Homo mercator nunquam pot̄ placere Deo, & ideo
nullus Christianus debet esse mercator, aut si vo-
luerit esse proiciatur de Ecclesia Dei, dicente apo-
stolo, quoniam nõ cognouit negotiationes, introi-
bo in potentias domini. Idem super Matth.

DEBITVM ET MUTVVM.

EX GRÆCIS ET LATINIS.

Mutuum redde priusquam amicis tribuas.
Arist. Eth. 9.

Prudentis viri est, qui mutuum prudenter
dedit, id amicè recipere: non postquam humani-
ter contractum est odiose recipere. Stob. lib. 2.

Parum

Parum interest, vtrum ab homine vel à fortuna mutuum acceperis. Senec. Ep. 87.

Est animi ingenui cui plurimum debeas, ei plurimum velle debere. Cicer. ad Cur.

Reddit beneficium qui libenter debet. Idem.

Primum delictum arbitramur esse mētiri: secundum debitorem esse, quādoquidem qui debent, vt plurimum mentiri coguntur. Flut. de vit. vsur.

Nihil grauius quāmaudire, redde. Ibidem.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS
ILLVSTRIBVS.

Stultus est debitor qui gaudens pecunias accipit, & tempus quo reddere debeat non considerat. Greg. in Mor.

Censum non soluere vsurpatio est libertatis. Apud Iurisconsul.

Illud fidelissimè dixerim, eū qui pro homine adhuc interuenit ne male ablata restituat: & qui ad se cōfugientem, quā honestè potest ad restituēdū non compellit, sotium esse criminis. Aug. ad Marcel.

CORPVS ET CARO.

EX GRÆCIS ET LATINIS

IN prauis ac male dispositis, caro dominatur animæ. Arist. Sol. 2.

Bona in pueris corporis habitudo, bonæ quoq; sōnectutis fundamentum iacit. Plat.

Corporis bona propriè bona non sunt. Plat. de leg.

CORPVS ET

Hanc sanam & salubrem formã vitæ teneto, vt corp⁹
poritantum indulgeas, quantum bonæ valetudi-
ni fatis sit. Sene. Epist. 8.

Fateor corporis nostri nobis insitam charitatem, fa-
teor huius nos gerere tutelam, nõ nego indulgẽ-
dum illi, seruiendum nego. Idem Epist. 13.

Gerere nos debemus, non tanquam propter corpus
viuere debeamus, sed tanquam non possimus vi-
uere sine corpore. Ibidem.

Quicquid facias, cito redi à corpore ad animã Ibid.

Maior sum & ad maiora genitus, quã vt mancipium
sim corporis mei, quod certẽ non aliter aspicio,
quam vinculum libertati meæ circũ datum. Ibid.

Vis aduersus hoc corpus liber esse, propone tibi ali-
quando hoc contubernio carẽdum, & fortior eris
ad necessitatẽ exeundi. Idem Epist. 71.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶ Carnem qui sapiunt à Deo recedunt. Aug. super
Ioan.

Corpora propter ciborum defectum, minora sunt
iustæ mensuræ. Item de Vit. Beat.

Inter corpus & animã nullũ est mediũ Id. quest. 54.

Corporis nostri præstantia, Dei prouidentia loqui-
tur. Idem. 22. de Ciuit. Dei.

Corporis partium harmonia & numerum, vt nemo
inuenit, ita nec fatis admirabitur. Ibidem.

Carnis inobedientia, iusta primi peccati pœna est.
Idem. 14. de Ciuit. Dei.

Spirit⁹ deficit vbi caro requiescit, vt enim caro mol-
libus, sic anima duris nutritur. Aug super Ioan.

Quocunq; pergimus nobiscum inimicum porta-
mus. Hier. in Epist.

Corporis debilitas nimia etiam vires animi frangit,
mentis quoq; ingeniū marcescere facit: quidquid
cum modo & temperamento fit, salutare est. Idē.

Sic conditi mirabiliter sumus, vt ratio animam, ani-
ma possideat corpus. Greg. 1. Mor.

Caro aliquādo nobis est seductrix in malo opere, ali-
quando adiutrix in bono, si igitur ei plusq; debe-
mus tribuimus, hostem nutrimus, & si necessitati
eiusque debemus nō reddimus, ciuem necamus.
Saciāda est igitur caro, sed ad hoc vt in bono ope-
re nobis sufficiat. Greg. Hom. 5.

Corpus nostrum tactuum vsum habet, caput vero
omnium sensuum. Idem. 3. Mor.

Carnis institutio faciliore est, quā restitutio. Tert.

Corpore molli reddito & delicato, necesse ē & animā
participare ex corporis morbo. Chry. Hom. 29.

Corporis vitia sine animi dolore nō sunt. Hier. ho. 29.

Carnales concupiscentiæ naturalem homini man-
suetudinem exterminant. Bern. super Cant.

Corpus aggrauat animam, ne lumen incircunscrip-
tum videat. Ibidem.

Cur carnē tuā preciosis reb⁹ impinguas, quā post pau-
dos dies vermes deuoraturi sunt in sepulchro, &
animā tuā bonis operibus nō adornas, quæ deo &
angelis eius præsentāda est in iudicio? cur animā

Pp iij tuam

MVNDVS ET TERRA

tuam vilipendis? cur ei carnem praeponis? dominā
ancillari, & ancillā dominari magna abusio est. Ibi.
Nihil aliud est caro cum qua tanta est societas, quam
spuma caro facta, fragili decore vestita, sed erit quā
doq; cadauer miserum & putridum, & cibus ver-
mium, quòd si diligenter cōsideres, quid per os &
nares, & ceteros corporis meatus egrediatur,
vilius sterquilinum nunquam inuenies. Ibidem

MVNDVS ET TERRA.

MVndus inimicus est ijs, quos beatos facit. Idem
de Quant. ani.

Mundo vivere mortis opus est. Idem Epist. 30.

Mūd⁹ tot florib⁹, quot hōibus plen⁹ est. Gr. II Mor.

Christianus vtatur mundo nō fruatur. Ber. sup cāt.

Ecce iam in se ipso mūdus aruit, & adhuc in nostris
cordibus floret, ubiq; mors, vbiq; luct⁹, vbiq; de-
solatio: vndiq; percutimur, vndiq; amaritudine re-
plemur, & tamen cæca mente carnalis concupis-
centiæ amaritudines amamus, fugientē sequimur
labenti inhaeremus, & quia labentem detinerenon
possumus, cum ipso labimur. Graeg in Hom.

ARGVMENTVM ET DISPVATIO:

EX GRÆCIS.

ARS contradicendi in dubium potest vertere om-
nia

nia. Plat. de Scien.

Manifesta negare irreuerentia est. Arist. Rhet 2.

Colloquentium duorum irato altero, iste qui verbis non refragatur, prudentior est. Stob.

Ingentia mala ex leui contentione oriuntur. Ibidem.

Sermones sophistici facilius contradicuntur, quam vincuntur. Ibidem.

EX LATINIS.

¶ Quasdam quæstiones facilius est contemnere quàm soluere. Sen Ep. 51.

Disputare docemur, non viuere. Ibidem.

Non te prohibeo aliquando sophismata tractare, sed tunc cum non voles aliquid agere. Idem Ep. 113.

Necesse est contentiose loquaris, quod probare non possis. Quint. dec 18.

Mala & impia consuetudo est contra deos disputandi, siue ex animo hoc fiat, siue simulate. Cic. de nat. Deorum.

Contentio tandiu sapiens est, quam diu prodest: aut si non prodest non obest. Idem pro Cluen.

Nimium altercando veritas amittitur. Pub Mim.

Contentione obruuntur ingenia discipulorum. Ibid.

EX SACRIS

¶ Argumeta captiosa breuibus regulis soluenda sunt. Aug. cont Acad.

In disputationibus, non est querenda victoria, sed bonum & rectum. Ibidem.

In disputationibus sine scripturarum auctoritate, nihil temerè asserendum. Idem cont. Pen.

ARGVMENTVM ET DISPVATIO

Disputatiões insanę à sathana suggerūtur. Id sup loā:
Potestis Dei dono veritatem facile reperire, si disci-
plinę silentio contentiosi esse delistitis. Aug.
de Pud,

Qui distinguit tempora, soluit quæstionem. Idem
lib. i. de verb. Dei.

Si pater noster aliquid in disputando pro fide sua &
pro ecclesiæ charitate dixerit, fortasse feruentius
quàm tua grauitas vellet audire: non illa cõtuma-
tia, sed fiducia nominanda est, collatorem enim &
disputatorem, non assertorē & adulatorem, esse cu-
piebat. Idem. Ep: ad Procul.

In disputationibus hoc cauendum est, ne prorum-
patur in litem, & caueria modestis & mitibus po-
test & solet. Idem Con. Cres.

In præceptis habeatis volo, vt ad ea discutienda re-
deatis, quæ incautius cõcessistis. idem cont. Acad
Separatis nugis locorum communium, res cum re-
causa, cum causa, ratio cum ratione confligat. Idē
de vtil. cred.

De scripturis disputantem non decet Aristotelis ar-
gumēta cõquirere, nec ex flumine Tullianæ elo-
quentię ducēdus est riuulus, sed pedestris & co-
tidiane similitudinis, & nulla lucubratione redo-
lensoratio necessaria est, quæ rem explicet, sensū
ēdificet, obscura manifestet, Hier. ad. pium Pap.

TESTAMENTVM ET HÆREDITAS.

Testamenta hominum, specula sunt morum. Plin.
lib. 8.

Optima hereditas quæ à patribus traditur liberis, est gloria virtutis, rerumq; gestarum: cui de decori esse nephas & uitiū est iudicandū. Cic. of.

Licet patrem apud filium gloriari, ad quem suæ gloriæ hereditas & factorum imitatio pertinet. Ibid.

Omnia hæredum officia sunt præsumenda. Ibidem.

Testatoric voluntas lex est. Ibidem.

Hereditas in qua Christi coheredes sumus, non minuitur multitudine filiorum, aut numerositate coheredum. Aug. in sent.

Hereditas ecclesiæ Deus est. Idem psal. 5.

In testamento aliquid pauperibus relinquendum est Chr. Hom. 8.

PVNITIO ET CASTIGATIO

EX GRÆCIS

Ardua verberatio, non admissis precibus, non efficit in seruis vt pœniteât peccare, sed vt pspiciât, ne sētiâtur peccare. Plu. § Choib irac.

Non peccantes tantum, sed peccare molientes punito. Ibidem.

Qui punit iniustos, is cæteris iniuriam fieri prohibet. Stob. lib. 2.

Qui verberat sine ira, peior est verberante cum ira. Arist. pol. 7.

EX LATINIS.

Pp v ¶ Nihil

PVNITIO ET

Nihil minus quam irasci punientē decet. Sen. dicitur.
Magna pars hominum non peccatis irascitur, sed peccatoribus. Ibidem.

Ciuitatis mores magis corrigit parcitas animaduersionum: facit enim consuetudinem peccandi multitudo peccantium. Idem de Clem.

Minus iniquum est, vt euadat pœnam nocens, quā vt contemnat. Quint. dec. 10.

Omnis animaduersio contumelia vacet. Cic. 1 offi.
Magna est illecebra peccandi impunitatis spes. Idem Pro Milo.

Vtili⁹ est vnius improbi supplitio multorū improbitatem coercere, quam propter multos improbos vni parcere. Idem in Ver.

Est acerbum parentum scelera filiorum pœnis luit. Idem ad Brut.

Graues pœnæ exempla dicantur. Ibidem.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

Iussisti domine & sic est, vt pœna sit sibi omnis inordinatus affectus. Aug. 1. Conf.

Pœnæ nos terreant, si præmia non inuitant. Ibidem.

Ille iustus est punitor, qui non habet quod in illo puniatur. Idem super psal. 5.

Quantum attinet ad vniuersi mundi administrationem, non aliquid durum contigit mortalibus, cū moriuntur aliquando morituri. Idem lib quæst.

Quis non videat punitis quibusdam, quam plurimi corrigantur. Ibidem.

Timen⁹

C A S T I G A T I O. 1316

Timendum est ne plura putrescant cum pluribus parcitur. Idem ad hil.

Quoniam tu es domine qui fecisti me, noli me ex-terminare. tantum caede vt proficiam, non vt deficiam, tantum caede vt reducar, non vt comminuar. Idem super psal 38.

Sæpè euenit vt minores culpæ præcedentium peccatorum vindictam incurrant. Idem de Me. sac. Prouidentia Dei gubernantur omnia, & quæ putatur pœna medicina est. Hier. in Epist.

Peccata nostra prælijs puniuntur barbarorum. Ibi. Nô est euadere pœnâ præuenire sententiã. Cyp. in Ep Quia impunitum nô debet esse peccatum, puniatur a te ne tu pro illo puniaris, peccatum tuum iudicô te habeat, non patronum. Idem de vtil. pœnit.

Mitigat vim doloris, considerata æquitas ferientis. Græg. in Mor.

Homo ex culpa venit ad pœnam, ex pœna venit ad amorem. Græg. in Mor.

Peccatoris mens tanto altius tenebrescit, quanto minus damnum suæ cœcitatatis intelligit, vnde diuino munere fit, vt flagella oculos delinquentis aperiant, quod inter vitia securitas cœcabat. Idem. 6. Mo.

Reproborum vita tanto sine flagello dimittitur, quãto ad nulla præmia seruaatur. Idem. 12. Mor.

Mali tanto amplius in culpa proficiunt, quanto minus ex culpa feriuntur. Idem 15. Mor.

Desperatis quicquid poscunt donât medici: sic Deo iniustis tēporalia largitur. Idem 16. Mor.

Tantū

PVNITIO ET CASTIGATIO

Tantum quisq; patientius ferrum medici tolerat, quanto putridum sentit esse quod secat, 10. Mor.

Non vniformiter, sed secundum mensuram delictorum increpationes quoq; oportet inferri, sed diligenter aspicere eorum qui deliquerunt vires atq; propositum. Idem super Euang.

Nocentes vltro pœna sequitur. Ibidem

Ideo impatientes ad flagella Dei sumus, quia flagella tantum inspicimus, flagellorum causam inspicere nolumus, & si aliquando fortè inspicimus, causas quantum possumus extenuamus, flagella quantum valemus extollimus. Ibidem.

Quid miramur si peccatis nos Deus verberat, cum ipsi peccantes seruos verberemus: iniusti iudices sumus, homunculos nos flagelari à Deo nolumus, cum ipsi conditionis sortisq; nostræ famulos frequentissime verberemus. Ibidem.

Vbi non est par culpa, non debet par procedere pœna. Bern. in Ep.

S E R M O.

EX GRÆCIS.

QVI doceri vult linguam, is in multitudinẽ mittendus est: linguæ enim magister est populus. Plat. de Nat. Nom.

Quod bene dicitur, repetere non nocet. Idẽ de leg. Omnis sermo si breuior fuerit obscurat intellectum si longior difficilis erit retentioni. Arist. pol. 2.

Lingua

Lingua eadē, & optima, & pessima est. Idē d̄ of aud.
Mores boni approbant verba. Ibidem.

Quod facere institueris noli prædicare, nam si fa-
cere nequiveris rideberis. Plut.

Peculiare ingenij est elicere ex reb⁹ sermōes accom-
modatos. Diog. lib. 2.

Directā sermonum seca viam, nec duplex sis vir.
Eurip. in ref.

Facinorum malorū sermones quoq; sunt cauēdi. Ib.
Nulla est oratio quæ longa videatur, quando res or-
dine proferuntur, Ibidem.

Aut siere oportet, aut afferre meliora silentio. Stob;

EX LATINIS.

¶ Eruditus sermo nō ostendit verum robura nimī,
est enim oratio etiam timidissimis audax. Sen.
Epist. 26.

Nunquam nimis dicitur, quod nunquam satis dici-
tur. Idem Epist. 27.

Sicut sapienti viro incessus modestior conuenit, ita
oratio præssa, non audax. summa ergo summarū
hæc erit: tardi loquum te esse iubeo. Idem. Ep. 40.

Consuetudinem verborum vocabo consensum au-
ditorū, sicut viuēdi cōsensum bonorū. Quint. li. 1.

Quidam & nimium dicunt, nec tamen totū. Idē. li. 5.
Curam volo esse verborum, vitæ autem sollicitudi-
nem. Idem lib. 8.

Ociosum sermonem dixerim, quem auditor suo in-
genio intelligit. Ibidem.

Vim reb⁹ aliquādo ipsa verborū humilitas affert. Ib.
Verba

S E R M O.

Verba honesta moribus perdidimus. Idem lib. 8.
Sonis homines, ut æra tinnitu cognoscimus. Ibidem.
Et si vile est subito sæpè dicere, tamen illud vtilius
est sumpto spatio ad cogitandum, paratus atq; ac-
curatius dicere. Cice. 1. de Orat.

Quoties de nobis aut dicim⁹, aut loquimur, toties de
nobis iudicatur. Idem. 1. de Orat.

Sæpè grauius offendunt, qui a' iena flagitia aperte di-
cunt, quàm qui aperte comiserunt. Idem in Salust.

Non tam copia quàm modus in dicen do est quaerendi.
Ibidem.

Difficile est dictu quantopere conciliet animos, comi-
tas affabilitasq; sermonum. Idem 2. Offi.

Viue moribus præteritis, & vtere verbis præsentibus.
Gel. lib. 1.

Melius ea verba pronunciat qui peperit. Idem.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

In verbis amanda sunt vera, non verba. Aug. 4. de
Doct. Chr.

Verbum scriptum non est verbum, sed verbi signū.
Idem in Pr. Dial.

Lingua Dei spiritus sanctus est. Idem de Essent. diui.

Linguarū diuersitas hominē alienat ab homine. Ibi.

Lingua coercita dies bonos affert. Idem de Ver. D.

Nihil aliud in verbis loquentium quaeritur, nisi vo-
luntas, propter quàm enuntiandam, verba inuen-
ta sunt. Idem lib. Quaest.

Dis considera quid loquendum est, & adhuc tacens
pro;

prouide, ne quid dixisse pœniteat. Tertul.

Præui sicut in sensu leues sunt, ita in locutione præcipites. Greg 3 Mor.

Cum intentionem bonam locutio cauta non sequitur, ipsa pietatis propositio, in trālgressione vitii vertitur. Idem. 5 Mor.

Bonum verbum per humilitatem dicendum est, & beneficium per pietatem exhibendum. Ibidem.

Quod in genere dictum est, ad nullius contumeliam pertinet. Ibidem.

Bonus sermo secreta non quærit. Hier. in Ep.

Quicquid dicere volumus, ex ipsa prius sermonis nostri qualitate colligamus. Ibidem.

Loca in quibus vana & superflua dici debeant, inuenire non possum. Ibidem.

Est tempus quando nihil, & est tempus quando aliquid est dicendum, nullum vero tempus est quando dicenda sint omnia. Ibidem.

Modus loquendi in tribus consistit, quo gestu, quo sono, qua significatione aliquid dicatur. Disciplina autem iubet vt loquentis sit sermo modestus & humilis, sonus dimissus & suavis, significatio verax & dulcis. Idem de Disc. Mon.

Quamuis vitam quis fide muniat, scientia regat, castitate & sobrietate cōponat, nihil est quod in homine placeat, si in toto lingua displiceat. Val. i ep.

Periculum est dicere non solum falsa, sed etiam vera, si ea non quibus oportet insinuat. Amb. sup psal.

Quam plures vidi loquendo in peccatū incidisse, vis quem

INTERROGATIO

quemquam tacendo: a deo tacere quàm loqui difficilius est. Idem 2. Offi.

Cæco lumē, surdo sermonem, sapientiam bruto offerre labor irritus est. Cypr. Epist 4.

Narratio, sæpè doctrinæ loco est. Chry. Hom. 30.

Lingua dicitur, quia lingit adulando, mordet detrahendo, attrahit mentiendo. Hug.

Vox operis quâ oris validior est. Ber sup. cæt. ser 19.

Lingua paruum membrum est, innumeras tamen contrahit sordes. Ibidem.

Lingua tenuis & lata, euacuandis cordibus aptum est instrumentum. Ibidem.

INTERROGATIO.

Necessè est interrogantē interrogatum sequi quocunq; ducit. Plat. de San.

Qui litigatione interrogat, prauè disputat. Arist. Top. 8.

Ad interrogationes multas, non est danda vna responsio. Idem Elench 2.

Ceci interrogatio est quærere, cur amētur quæ pulchra sunt. Ibidem.

Calumniatores conuincere oportet, interrogantos autem docere. Chryl super Matth.

Interrogando docemus alios. Aug. 1. de Magist.

R E S P O N S I O.

Non

Non respondere rusticorum est. Plat. de Sciē.
Ignorantia causa est respondendi varia, &
non eadem. Idem de Nat. No.

Sapientibus responsi loco est silentium. Eurip.

Omnibus respondere seruale est, omnes despiciere
stulti. Idem de Foët.

Ego quando cūq, vel dicēdo vel scribēdo respōdeo,
etiā cōtumeliosis criminationibus laceſſitus, quā
tum mihi dominus donat, frænatis atq, contritis
vanæ indignationis aculeis, auditori, lectioniue
consulēs: non ago vt efficiar homine conuitian-
do superior, sed errorem conuincendo salubrior.
Aug. cont. Pet.

Roganti tibi respondere non debeo, nisi volenti sci-
re quod rogas. Idem lib. 1. de lib. Arbit.

Laudo quod & si tibi non fuit tanta respondendi fa-
cultas, permāsit tamen in corde tuo veritatis fir-
ma credulitas. Idem Ep. ad Don.

UTILITAS ET COMMODITAS.

Vtilitas quauis ratione oblata repudianda nō
est, nisi pugnet cū honestatē. Dem. 1. olynt.
Multa speciem habent vtilitatis, sed vnum ex-
pedit. Ibidem.

Nihil tam vtile est, quod in transitu proficit. Senec.
Epist. 2.

Non solum pietatis, sed etiam commoditatis est, ali-
quid de suo iure relaxare. Ambr. de Ofſio.

Q. q

Qui

DAMNVM.

Qui inutilis est omnibus, sibi utilis esse non potest.
Ibidem.

DAMNVM.

EX GRÆCIS ET LATINIS

Non facile est ut qui damna alijs inferunt, nō
patiantur. Plat. Epist. 8.

Damnum præstat turpi lucro. Stob. lib. 1.
Tunc deniq; homines nostra intelligimus bona, cū
quæ in nostra potestate habuimus, amisimus.
Plaut. in capt.

Damnum est id perdidisse, quod si volueris emendū
est. Quint. Decl. 3.

Non tam iucundus bonorum cumulus est, quā mo-
lesta discessio. Cicer. Tusc. 2.

Male parta, male dilabuntur. Ibidem.

Semper grauior est, in paucitate iactura Curt. lib. 4.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS
ILLVSTRIBVS.

¶ Non vocatur damnum, quod propter maius lucrū
dimittitur. Aug. de Mend.

Si diligenter consideremus, inueniemus illos maio-
ra damna sustinere, qui faciunt, quā qui sustine-
re videtur. Idem de Inno.

Quanto minor est in possessione commoditas, tātō
minor est in amissione dolor. Greg. in Mor.

Damna parua, nōnunquam magni lucri sunt causa.
Idem. 3 Dialect.

VSVS ET CONSVETVDO.

EX

Multa quæ naturaliter nō sunt delectabilia, cum affuefacta sunt delectabilia fiunt. Arist. Ret. 1.

Consuetudo, altera natura est. Idem Phi. 2.

Optimam tibi viuendi formam elige, eam tibi iocūdam reddet consuetudo. Plut.

Non tam durum est non accipere, quā solitum nō accipere. Volat.

Tardum est & raram quod vsus docet, quicquid natura tradit, & equale est, & statim. Sene. Epist. 123.

Inter causas malorum nostrorum est, quod viuimus ad exempla, nec ratione componimur, sed cōsuetudine abducimur. Idem Ep. 124.

Consuetudinis magna vis est, pernoctant venatores in niue, in mōtibus vri se patiuntur. Cic. 2. Tusca.

Consuetudo peccandi, maleficij remouet dubitationem. Idem ad Her.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS
ILLVSTRIBVS.

¶ Consuetudinis malo difficile resistitur, vnde vementius vidua quā virgo, & vementius meretrix quam casta tentatur, & tanto amplius in eā superanda voluntas laborat, quāto ei maiores vires consuetudo dedit. Aug. 6. cont.

Consuetudinem laudamus, quæ tamen contra fidem catholicam nihil vsarpare dignoscitur. Ibidem.

Non est in rebus vitium, sed in vsu. Idem. 1. delib. Arb.

Sicut iniqui male vtuntur bonis operibus Dei, sic & contra Deus bene vtitur malis operibus ini-

VSVS ET CONSVETVDO.

- quorum. Idem super Ioan.
Ipsa mutatio consuetudinis, etiam quę utilitate adi-
uat, nouitate perturbat. Idem 1. de Ciuit. Dei.
A consuetudine non est recedendum, nisi rationi ad-
uersetur. Idem, 2. Mus.
Cōsuetudo cedat, veritate manifestata. Id. 6. de Bap.
Bona loquamur, transiet enim per consuetudinem
sermo in affectum. Idem de Dec Ioan.
Ad quancunque Ecclesiam veneritis, eius morem
seruate, si pati scandalum aut facere non vultis.
Aug. de Ieiū.
Ægre reprehendas, quod finis consuescere. Hiero.
ad Lætā.
Consuetudo sine veritate, vetustas erroris est. Cyp.
in ferm.
Cępit esse licitum, quod cępit esse publicum. Ibidē.
Consuetudo contemptum affert. Chry. Hom. 34.
In ipsis abrenūciationis initijs, nō sine labore & vio-
lencia, & amaritudine virtutes operantur, cū au-
tem proficere cęperimus, sine mœrore: vel certe
cū minimo mœrore in ipsis exercemur. Climac⁹.
Consuetudo debitores facit. Bern.
Vsus facit virtutes, non natura, tuum est autē abu-
tendo facere vitia, aut benevtendo virtutes. Idem
de Confid.

LOCVS.

EX GRÆCIS ET LATINIS.

Viri

Viri loca faciunt honorata, nō loca viros. Plu.
in Apoph.

Angustia, & incommoditas locorum rixas
parit. Demost. in Arg.

Homini fœlicitatem locus nullus, sicut nec virtutē,
nec animi præstantiam aufert. Stob lib 2.

Quibus in locis calamitosus aliquis fuit, ad istos ac
cedere nequaquam audet. Ibidem.

Magis quis venerit, quàm quo venerit, interest. Se-
nec. Ep. 28.

Omnj loco bene viuere positum est. Ibidem.

Non tantum corpori, sed etiam moribus saluber lo-
cus eligendus est. Idem Ep. 51.

Veteres inquilinos indulgentia loci, & consuetudo
etiam inter injurias detinet. Idem Ep. 71.

Apertiora sunt ingenia, & ad intelligendum aptiora
eorum qui terras incolunt eas, in quibus aër sit
purus ac tenuis, quàm eorum qui vtuntur cras-
so cœlo atq; concreto, quin etiam cibo quo vtaris
interest ad mentis aciem. Cice. 3. de Nat. Deo.

Salubritas loci non incolarum colore detegitur, quo-
niam assueti in pestilentibus durant.

EX SACRIS.

¶ Locus iustorum, bona cōuersatio est, Gre. in Reg.
Medius locus, tutus est. Ber. in Ep.

Castitas etiam loci abolet infamiam, non locus infam-
mat castitatem. Ambr. de virg.

CIVITAS ET RESPVB.

¶ iij

EX

CIVITAS ET
EX GRÆCIS.

- V**T ciuitas bene regatur, aut philosophos regnare oportet, aut reges philosophari. Plat. d. Rep.
Quot mores hominum, totidem respub. Ibidem
Ciuitas & libera, & prudēs, & sibi amica sit. Id. d. leg.
Melius est ciuitatem regi a viro optimo, quam a lege optima. Arist. Pol. 3.
Non est idem bonus vir, & bonus ciuis. Ibidem.
Ciuitas non constat ex vna parte, sed ex multis, quarum vna fuit agricolæ, altera artifices manuales, alia negotiatores circa forum, alia mercenarij, vltima propugnatores: quod in ciuitate necesse est existere, si non vult inimicis seruire. Idem Pol. 4.
Bona fortuna est, ciues mediocrem substantiam habere, quia per tales bene regitur ciuitas. Ibidem.
Optimus populus est, qui terræ colendę deditur est. Ib.
Optima mihi videtur ciuitas, in qua omnes nõ minus legem quam tyrannum timent. Plut.
Colonię in barbaras nationes ducendę sunt, vt nostrę inopię cõsulatur, & illę ad veram religionem & humanitatem perducantur. Demosth. in arg.
Colonię tametsi veteris coniunctionis oblitę sunt, in periculis tamen ad metropolim, tanquam filij contumaces ad parentes confugiunt. Ibidem.
Melior status ciuitatis est, quę licet deterioribus, firmis tamen legibus vtitur, quàm illius quę bonis quidem: sed irritis. Stob. libr. 2.
Si ciues obediunt magistratibus, magistratus autem legibus, ciuitas in optimo statu est. Ibidem.

Proprium est ciuitatis vt sit libera, & non sollicita
sue cuiusq; rei custodia. Cicer 2. Offi.

Respub. nomen vniuersę ciuitatis est, pro qua mori,
& cui nos totos dare, & in qua omnia nostra bo-
na ponere debemus. Idem. 2. Leg.

Duabus rebus continetur Respub. premio & pœna.
Idem ad Brut.

Necesse est in Repub. vt plus in ea valeat, qui plus sa-
pit, pareat qui minus. Ibidem.

Nulla prouincia est, quę non peritos & ingeniosos
viros habeat. Plin. lib 8.

Si incolę bene morati sunt, bene munitum est oppi-
dum. Plaut. in Pers.

Fortuna vrbis, urbem tutatur. Liui. 1. Dec. 2.

Nulla magna ciuitas quiescere diu potest, si hostem
foris non inuenit, domi quęrit. Ibidem.

Respub. incolumis, res priuatas seruat. Ibidem.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS
ILLVSTRIBVS.

In bene ordinata ciuitate, etiam carnifex suum locũ
habet. Aug. 1. de Ord.

In ciuitate idem cõcordia est, quod harmonia in mu-
sica. Idem 2. de Ciuit. Dei.

Tunc totum Reipub. corpus, roboris sui integrita-
te vigeat, & sue compositionis specie venustabi-
tur, si singula quęq; locum teneant sortita decen-
ter, si fuerit officiorum non confusio, sed distri-
butio. Greg in Mor.

AGER ET

Vnaquæq; ciuitas ac prouintia suos habet mores,
suos sensus, qui tolli subito sine perturbatione re-
rum non possunt. Apud Platinã.
Multo gloriosius est ciuitates condere, quam euer-
tere. Ibidem.

AGER ET AGRICVLTURA.

EX GRÆCIS ET LATINIS.

Agricolæ magis appetunt lucrum quàm hono-
rem, & ideo delectabilius est illis laborare,
quàm dominari. Arist. Pol. 3.
Ignauæ sunt ad agros colendos, manus bene educa-
tæ. Eurip. in Thef.
Agricola semper in proximum annum diues est. Ib.
Agricultura infinita res est, & nunquã absoluitur. Ibi.
Vita rustica, maximè disiuucta est cupiditati, & cū
officio coniuncta, & parsimonie, diligentie, & iu-
stitie magistra. Cicer.
Malus est ager, cū quo dominus luctatur. Plin. li. 18.
Falluntur qui segnitiam prioris domini, pro emptore
agri esse arbitrantur, nihil enim est damnosius de-
serto agro. scito itaq; de bono dño potius emen-
dum, nec contemnendã alienam disciplinã. Ibidẽ.
Agricolam vendacem esse oportet, nõ emacẽ. Ibidẽ.
Frons dñi plus agro cõfert, quàm occipitium. Ibid.
Minime inuidiosi, minimeq; mala cogitantes sunt
qui in agro occupatissimi sunt, Cat. de Re. Rust.
Res rustica sic est, si vnam rem sero feceris, omnia se-

ro facies. Ibidem.

Villicus primus cubitu surgat, postremus cubitum eat. Ibidem.

Vtilior ager est, qui salubrior. Var. de Re. Rust.

Procul est quod pleriq; crediderunt, facilimã esse, & nullius acuminis rusticitatem. Ibidem.

In agricultura voluntas facultasq; sine scientia magnam domino affert iacturam, quia plerumq; domino imprudenter facta frustrantur impensas. Col. de re. rust.

Pessime mulctatur ager, cuius dominus quid faciendum sit, non docet, sed audit villicum. Ibidem.

Non maior quam calculorũ ratio exigit, ager emendus est. Ibidem.

Imbecillior ager, quàm agricola esse debet. Ibidem.

Emendus est ager, quo potiamur, non quo oneremur. Ibidem.

In prima adolescentia agrum conferere oportet. Ibi.

Pater familias comitẽ se agat cum colonis, & facilẽ se præbeat. Ibidem.

Dominus non in vnaquaq; re, cui colonum obligauerit, tenax sui iuris esse debet. Ibidem.

Res mala est, frequens locatio fundi, peior tamen urbanus colonus, qui per familiã mauult agrũ, q̃ per se colere, ab huiusmodi enim homine pro mercede lis redditur. Ibidem.

Nonnunquam cum operarijs iocetur dominus, & aliquid eis iocari permittat. Ibidem.

Nihil est aliud colere, quàm fouere & fermentare

Q q v ter-

DOMVS ET

teram. Ibidem.

Nō fatigatiōe quē admodū multi credidere, nec senio
sed nra inertia minus benigne arua respondēt. Ib.

Seu sponte, seu quolibet casu destituta humus, cum
est repetita, magno sc̄nore cessationis colono res-
pondet. Ibidem.

Celeriter locupletari pōt qui bene pascit, ve etiā qui
mediocriter pascit, vel etiā qui male pascit. Id. li. 6.

Sæpē hyemis ac frigoris s̄xuitia pastorē decipit. Ibi.

Villicus somni & vini sit obseruantissimus, vtraque
enim sunt diligentix inimicissima. Ibidem.

Villicus, operariōrū magister sit, nō discipulus. Ibi.

Satis prouidus erit agricola, cui licebit ante multos
dies suspecta cauere tempora. Ibidem.

Villicus hortorum quoq; curam suscipiat, vt quoti-
diani victus leuet sumptum, & aduenienti domi-
no præbeat inemptas ruris dapes.

DOMVS ET ÆDIFICIUM.

EX GRÆCIS ET LATINIS.

Optimā domus est, in qua talē se præstat dominus,
qualem foris leges cogunt. Arist. Pol. 1.

Prius quā domo quis exeat, qd acturus sit secū per-
tractet, cū redierit qd egerit recogitet. Diog. li. 2.

Inops consilij est calamitosa domus. Eurip.

Facilius est destruere, quā construere. Arist. Pol. 6.

Ædificant homines vt immortales, obsonant vt pa-
rum victu. Ibidem.

Optimè

Optimè constituta est domus, in qua superfluum nihil abundet, & necessarium nihil desit. Stob. lib. 2.

Domus sine nuptijs manca est. Ibidem.

Non domus dominum, sed dominus domum exornat. Cicer. 2. de Diuin.

Domum paternam vendere, aliquid infamiae habet. Ib.

In re familiari laboriosior est negligentia, quam diligentia. Idem lib. 12.

Quod inchoatur ædificum, ut in salubri loco, ita in saluberrima parte regionis debet constitui. Ibidem.

ABSENTIA ET PEREGRINATIO.

EX GRÆCIS ET LATINIS.

Quibus domi nihil dulce est, iocunda est peregrinatio. Plut. de Pol.

Peregrinus vir iustus, non modo ciue, sed & cognato præferendus est. Stob. libr. 2.

Peregrini, Deo curæ sunt. Ibidem.

Distantia loci, non separat amicitiam, sed operationem. Arist. Eth. 8.

Peregrinantibus hoc euenit, ut multa hospitia habeant, nullas amicitias. Senec. Epist. 2.

Tutissimum iter est, quod suspectissimum. Id. Ep. 60.

Peregrinantibus gratum est etiam de minimis quæ domi fiunt, fieri certiores. Ibidem.

In externis locis, minor est ad facinus verecundia, Cice. ad Mars.

Externa ut authoritatis minus habent, sic aliquid gra-

PATRIA ET

gratæ veritatis afferre videtur. Max, lib. 1.

Peregrinis succurrens, paria obtinebit aliquando.
Pub. Mim.

Cum improbo non facias iter. Ibidem.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶ Cui peregrinatio dulcis est, non amat patriam,
cui dulcis est patria, amara est peregrinatio. Aug.
super Psalm.

Peregrinos suscipiendo, sæpè Christus suscipitur.
Idem serm. 6. de temp.

Delectatione & spiritu iunguntur absentes. Cypr.
lib. 3.

Nemo tam libenter peregrino miseretur & aduenę,
quàm qui peregrinationis exitus nouit. Ibidem.

PATRIA ET VICINITAS.

EX GRÆCIS.

Non sufficit patriam, parentes, & ciues amari
se, sed amare. Plut.

Quibusdam est patria dedecori, quidam sunt
patriæ dedecori. Diog. lib. 1.

Nemo gloriatur quod magnæ vr bis ciuis sit, sed quod
dignus sit magna & illustri patria. Ibidem.

Sic erga patriam ingrati, vt erga matrem nos ge-
rere debemus. Stob. lib. 4.

Si claudus vicinus ambulaueris, & ipse claudus am-
bulare disces. Ibidem.

Nihil

Nihil tuarum rerum facile peribit, si habeas vicinū bonū, qui statim in periculo succurrere sol et. Ibi. Ipsa vicinitas, lites & controuersias, & bella parit. Demost. 1. Olynt.

Vicini in fame alendi sunt. Ibidem.

Prædium vendēs Themistocles, proclamari iussit, bonum quoq; vicinum habet. Idem.

EX LATINIS.

¶ Patriā tuam mundum existima! Sene. de vit. beat. Graue est patriam perdere, grauius timere, grauius si mum vtrunque. Ibidem.

Malo à ciue spoliari, quā ab hoste veniri. Quin. li. 10. Patria est, vbi cunq; bene est. Cicer. 5. Tusc.

Bono viro non minori curæ esse debet, qualis post mortem suam patria futura sit, quā qualis hodie sit. Idem in Lel.

Nō potest cognatio vlla esse proprior, quā patria. Idem de Orat.

Quoniam sunt omnia cōmoda à patria accepta, nullum incommodum pro patria graue putandum est. Ibidem.

Sapientis est carere patria, & duri nō desiderare. Idē ad Marc.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS
ILLVSTRIBVS

¶ Bonis nullis finis est cōsulendę patrię. Aug. ep. 12. Vicinum corrigere, illū amare est. Idē super Euāg. Interdum expedit patriam negligere, vt sapientiam quis possit acquirere. Casiod. in Ep.

Delica

EXILIVM.

Delicatus est adhuc cui patria dulcis est, fortis autē
cui iam omne solum patria est, perfectus autē cui
mundus exilium est. Hug. Didasc. 3.

EXILIVM.

Patriam patria, magnum malum est, & maius
re, quam sermone. Eurip. in Ph.
Maximum exilij malum est, carere libertate lo-
quendi. Ibidem.

Spes pascunt exules. Ibidem.

Exilij nulla iactura est, nisi cū impbis habitetur. Ib.

Exules multi ditati sunt. Ibidem.

Oēs scelerati & impij quos leges in exilio affici vo-
lūt, exules sunt, & si solū non mutēt. Cic pro Mil.

Exilium terribilis est ijs, quibus quasi circūscriptus
est habitandi locus, non ijs qui omnem orbē terrā
vnam urbem esse dicunt. Ibidem.

CAVTELA.

EX GRÆCIS ET LATINIS.

Quia captione tutus esse vult, à cautela summo
pere caueat. Arist.

Solertia, animi celeritas est, nō tarditas. Plat. de tēp.

Quo quis versutior est, & callidior, hoc inuidior &
suspectior detracta opinione bonitatis. Cic. 2. Of.

Scientia quæ à iustitia remota est, calliditas potius
scientiā dicenda est. Ibidem.

Esto alieno periculo cautior. Idem.

Quisquis ferrum præparat neci, sic illud habet ut possit suum negare. Quint. Decl. 1.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS
ILLVSTRIBVS.

Omnes sumus in minimis cauti, in maximis negligentes: hoc ita fit, quia ubi vera vita fit, ignoramus. Hiero. in Epist.

Solus in illicitis non cadit, qui se aliquando & à licitis cautè restringit. Gregor. 15 Mor.

Cæcum est humanum genus, & si enim futura præuidet, non tamen ut decet sibi cauet. Ibidem.

Tanto debemus cautius ambulare, quanto scimus nos inter Dei inimicos ambulare. Idem in Reg.

Côtra aduersariû maiori fortitudine & cautela opus est ab ea parte, vnde cõstat acrior pugna. Ber. i Ep.

Quod facile sanatur non multum cauetur, Idem super psal.

NATVRA.

EX GRÆCIS.

In natura nihil est superfluum. Arist. Ph. 2.

Natura agit propter finem. Ibidem.

Natura non deficit in necessarijs, nec abundat in superfluis. Idem de Anim. lib. 3.

Natura constituit rem nobiliorem in loco nobiliori, ut cor in medio. Ibid. lib. 12.

Natura est perinde ac prudens pater familias & rector, Ibidem.

Boni

NATVRA.

Boni aut mali natura non efficiuntur. Idem Eth. 2.
Facilius mutamus consuetudinem, quam naturam.

Idem Eth. 8.

Natura maximè appetit delectabile, & fugit triste.

Ibidem.

Naturæ operatio, fortuna non indiget. Plut. de
Fort. Alex.

Ingens naturæ vis est, malum enim hominem, nemo
bene educando bonum reddit. Stob. lib. 2.

EX LATINIS.

Rem facillimam, secundum naturam vivere, diffi-
cile facit communis insania, in vitia alter alterum
trudimus. Senec. Ep. 4.

Non desiderabis artifices, si naturam fueris sequu-
tus. Idem Ep. 91.

Æquius est nos parere naturæ, quàm naturam nobis.
Ibidem.

Satis natura homini dedit roboris, si illo utamur, si
vires nostras colligamus, ac totas pro nobis, certe
non contra nos concitemus. Ibidem.

Similis est ars plerumq; naturæ. Quint. lib. 8.

Multis signis natura declarat quid velit, obsurdesci-
mus tamen nos eo modo, ut nec quæ ab ea monè-
tur audimus. Cicer.

Homo naturæ obediens, homini nocere non potest.
Idem. 3. Offic.

Nihil est aliud naturæ repugnare, quàm gigantium
more pugnare cum dijs. Cato. apud Cicer.

Omnis natura est diligens & cõseruatix sui. Id. 5. ð fin.
Diligen

Diligentissime considerandum est illis qui instituunt alios, quo sua quemq; natura ducit. Idem 3. Deor. Multi sine doctrina naturam ipsam secuti, laudabilia multa fecerunt. Ibidem.

Meliora sunt, quæ natura, quam quæ arte perfecta sunt. Ibidem.

Prima pietatis magistra ipsa natura est. Ibidem.

In alio sua quemq; natura delectat. Plin in Pan.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS
ILLVSTRIBVS.

¶ Naturaliter multa fiunt, quorum ratio nos latet. Aug. 21. de Ciuit. Dei.

Natura rei cuiusq; Dei est voluntas. Ibidem.

Natura peccauit, homine peccante. Idé cont Pet.

Vince naturam diligentia, exclude corporis somnū: naturam nobis formare non possumus, possumus diligentiam. Amb. de Ioseph,

Natura rei, veritatis & verecundiæ magistra est. Ib.

Vsus cito naturam mutat. Ibidem.

Natura ipsa legis instar est. Tert.

Quæcunq; ad naturæ ductum fiunt, plerumq; bene succedunt. Nazianz.

Quicquid in hac mortalitate patimur, ex infirmitate naturæ est. Greg in Reg.

Naturæ industria nunquam in nobis dormitet, grāde profecto in nobis naturæ donum, ipsa natura est. Bern. super Cant. ser. 83.

Omnis quippe natura, vel Deus, est quæ nullum habet auctorem: vel ex Deo est, quia illum habet

Rr aucto,

GENERATIO ET

auctorem. Idem. 2. de Ord.

Dubium non est contra naturam esse omne vitium,
etiameius rei cuius est vitium. Ibidem.

Quia humanæ naturæ ramus putruit in radice, ideo
in conditionis suæ ariditate non substitit. Ibidem.

GENERATIO ET EDUCATIO.

EX GRÆCIS ET LATINIS.

Generatio vnus, est corruptio alterius. Arist.
de Gen.

Spōtanea molestia est, filiorū procreatio. Ibi.

Gignere debemus & educare liberos, vitam ceu lam-
padem alijs post alios tradendo. Stob. lib. 2.

Ne gignas liberos dijs inuitis. Ibidem.

Adhorrer oēs homines vt ex bonis viris, bonos libe-
ros gignāt. sic enim nūquā malus euētus erit. Ibi.

Suscepta proles, ad temperantiā maximè mouet. lb.

Homines naturaliter valde pīgues parū generāt. lb.

Homo generāt ante terseptimum annum, sed debi-
lem & imperfectum. Ibidem.

Fœlix proles, quæ efficit vt generasse iuuet, & gene-
rare libeat. Max. lib. 4.

Ex pessimo genere, ne catulus quidem habendus
est. Ibidem.

EX SACRIS ET ALIJS VIRIS ILLVSTRIBVS.

Creavit Deus hominē, & illi dedit fertilitatē quādā
qua homines alios ppagaret, cōgenerās eis ipsam
pro

EDUCATIO.

323

Propagandi possibilitatē, nō necessitatē. Aug. 12. d. C. D.
Filios malos generando, parentes non sunt in culpa.

Idem contr. Iul.

Solent feri partus, vel ob hoc esse gratiores, quod nihil postea speratur.

Si hominibus lætum & gloriosum est filios habere cōsimiles, quanto magis in Deo patre lætitia erit, cum sic aliquis spiritualiter nascitur, ut ex actibus eius diuina generatio prædicetur. Cyp. de Inuid.

FERTILITAS ET ABUNDANTIA.

Quicquid fuerit abundantius & maius quàm necesse est, malum est. Plat.

Ad maturitatē nō puenit nimia fecūditas. Sen. ep. 37

Fertilitatis causa, cura est. Ibidem.

Fecūda min⁹ sunt, quę maiora sunt corpore. Id. li. 10.

Fertilitas terrarum non calori solis, sed diuinę misericordię est adscribenda. Amb. in Hex.

Abundantia temporalium, æternorum facit obliuionem. Bern. de Aduen. Dom.

PARENTES.

EX GRÆCIS.

Preces parentum aduersus liberos sæpè audiuntur. Plat. de Leg.

Matres plus diligūt filios, quàm patres. Arist. Eth. 1.

Rr ij

Quic.

PARENTES.

Quicquid id est, quod à filijs speramus, natura totū sibi vendicat. Plut.

Cum paupertatem maximum malum confiteamur, haud aliter ac grauem & difficilem morbum liberis tradere formidamus. Ibidem.

Quaecunq; parentibus stipendia intuleris, eadem ipse à filijs expecta. Diog. lib. 2.

Filium beneuolentia patris meliorem facit. Ibidem.

EX LATINIS.

¶ Nato filio, pater de illo optimam spem habeat, ita diligentior à principijs fiet. Quint. lib. 1.

Miserrimus est pater, quisquis inducit filio noueram. Idem Dec. 1.

Nemo vnquam pro filijs plus dedit, quam qui sibi nihil reliquit. Idem Decl. 5.

Diuersitas parentū, de filiorū procedit moribus. Ibi.

Filium expectare morientem, longa presentia est. Idem Decl. 7.

Nullum est nomen amantius indulgentiusq;, quam maternum. Cic. pro Cluen.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶ Amāus est generator, sed præponēd⁹ est creator: facite gradus, & quodcunq; debetur restituite. nolite autem maiora minoribus subdere, amate patres, sed parētibus præponite Deū. Aug. de ver. D.

Opera diuina facienti, parētum affectus obstrepere non debent. Idem cont. Man.

Amorē parentū, vxoris & filiorū, Christus nō abstulit

lit, sed ordinavit; non dixit qui amat, sed qui amat
super me non est me dignus. Idem de Am. D.

Membra humana cognosco, non curo per quem fue-
rint seminata, sed à quo creata. Idem ad Cref.

Primus gradus pietatis est iste, vt quos authores ti-
bi voluit esse Deus, honores obsequijs, abstineas
contumelijs, nec vultu ledenda est pietas paren-
tum. Ambr. super Matth.

Si necessitas venerit, vt amor parétum vel filiorum
amore Dei comparetur, & non possit vtrumque
seruari, odium in suos, pietas in Deum seruanda
est. Hier. super Matth.

Hosté in se nutrit, q̄ filio nimis indulget. Ap̄ Platino.

FILIUS.

EX GRÆCIS.

Q Vales filij, talis domus gubernatio. Plat.
de Fort.

Quorsum ruitis homines, qui omnem in
comparandis pecunijs vestrum studiũ
facitis, filiorum vero quibus hæc relinquitis, nul-
lam curam suscipitis! Plut. de Educ. lib.

Filij mares columnæ sunt familiæ. Eurip. in Taur.
Vnum fortasse inter multos inuenies, qui nõ sit de-
terior patre. Idem in Heracl.

Filios cum videmus, nouum lumen videmus. Ibid.
Sufficiens liberorum numerus est, mas & foemi-
na. Plat. de Leg. lib. 1.

F I L I V S.

Nihil tam honorificum est filijs, quam bono & honesto genitore esse natos. Ibidem.

Probi atq; honesti filij, sermone breui apud patres vtuntur. Ibidem.

Filius bonus, bonus ciuis est. Ibidem.

EX LATINIS.

¶ Filius parentis diuitias in conspectu habeat, non in vsu. Senec. de ira D.

Parentibus liberi non præstant alimenta, sed reddunt. Quint Dec. 1.

Non habent discrimen liberi, nisi in calamitate. Ibi.
Hic solus affectus maior est, quam filios amare, filijs misereri. Ibidem.

Vt quisq; vult filium esse, ita est. Ibidem.

Nulli liberi impatientius desiderantur, quam qui propter patrem videntur occisi. Idem Decl. 8.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶ In ea re sola filius non tenetur obedire patri, si aliquid pater ipsius iusserit contra dominum Deum ipsius: nec enim debet irasci pater quando ei præponitur Deus. vbi autem hoc iubet pater, quod contra Deum non sit, sic audiendus est quomodo deus: quia obedire patri iussit Deus. Aug. super ps 70.

Tibi sunt filij quos forte Anna non habuit, nec ideo laudanda es quia eos habes, sed quia eos pie educare studes: vt enim tibi nascerentur scœcunditatis est, vt viuant scœlicitatis est, vt autē sic instituantur voluntatis ac potestatis: in illis te homines gratulen-

lentur, in hoc te imitentur. Idem de sanct. vid.
Iustius est vt in te glorientur parêtes, quàm tu in pa-
rentibus. Chrysoft. de vit. ru.

Filius patris iniquitatem imitans, patris pœnas in
hac vita persoluet. Greg. in Mor.

Qui parentes laudat, filios prouocat. Cypr. in Epist.

Filiorum numerus, liberalitatem minuit. Ibidem.
Filij considerare debēt, quod ipsi futuri sunt aliquã
do patres, vt & ipsi obediant patribus. Ambr. su-
per Epist. ad Thessal.

P V E R I T I A.

EX GRÆCIS.

P Veris pulchra nomina sunt imponenda. Plat.
de Scien.

Pueri à primis annis, armis & honestis iocis af-
suefaciendi sunt, & ad expectandas pugnas ducē-
di. Idem de Rep.

Liberalibus pueris maiorem cōmoditatem laudes &
vituperia, quàm verbera afferunt. Plut. de lib. Educ.

A continuis laboribus, danda est pueris quædam re-
spiratio. Ibidem.

Puerorum desiderijs remittendæ sunt aliquando ha-
benæ, quandoq; rursus intendendæ. Ibidem.

Ea pueri discant, quibus senes sunt vsuri. Idem in
Apophteg.

Tria sunt pueris necessaria, ingenium, exercitium, &
disciplina. Diog. lib. 5.

P V E R I L I S.

Mens puerilis dolorem nescit. Ibidem.

EX L A T I N I S.

¶ Minora facilius minores percipiunt. Quint. lib. 7.
Ad virile robur, per pueritiam iter est. Idem Decl. 3.
Reinquendum est pueris in ingenio, quod dies atq;
ætas mitificet. Gel. lib. 3.

Non tantum celerius, sed etiam perfectius imbuuntur, quæ à puenis discuntur. Veget. li. 1.

Nescire quod antea quam natus sis factum sit, hoc est esse semper puerum. Cice. ad Brut.

Quo semel est imbuta recens seruabit odorem
Testa diu Horat.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS
ILLVSTRIBVS.

¶ Habet illa ætas magnum testimonij pondus, quòd
prima pro Christo meruit sanguinem fundere, Au-
gust. super Gen.

In modico sapientiæ sermone, plus laudatur rusti-
cus, quam philosophus. & puer si aliquid dixerit
sapienter, laudatur, vbi perfectior non auditur.
Chryf. super Matth.

Ætates quædam sunt meritorum, nam & senectus
annorum inuenitur in pueris, & innocentia infan-
tium inuenitur in senibus. Ambr. de Offi.

Pueri vocabulum non tantum ætatis, sed conditio-
nis est. Idem de Abrah.

Puerorū ore nonnunquã Deus loquitur Cyp. 3. Ep.

Quantumcunq; de vëtris angustijs ad latitudinem,
de tenebris ad lucem procedat, plorare potest

infans, ridere non potest. Ibidem.

ADOLESCENTIA.

EX GRÆCIS.

Iuuenis non potest esse sapiens, quia prudentia requirit experientiam, quæ indiget tempore, Arist. Eth. 6.

Potentia est in Iunioribus, sapientia autem in senibus.
Idem Polit 7.

Ama iuuenis pulchrè quid agere, senex vero sentire. Demetr.

Enitendum est, vt qui iuuenes libidinibus succumbunt, & increpationibus rebelles sunt, connubio iugantur: hoc etenim est firmissimum iuuentutis vinculum. Ibidem.

Iuuenis ambitiosus, præcox est malitia. Ibidem.

Difficile est aliquid de iuuenibus diuinare, est enim ætas sine scopo, multis mutationibus obnoxia, & alias aliorum rapitur. Theoph.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS
ILLVSTRIBVS.

Iuuentus & senium, simul possunt esse in animo.
August. 1. Rhetor.

Adolescens ita seruiat, vt ei dominari pudeat, ita dominetur, vt ei seruire delectet. Ibidem.

Adolescentis rara pietas est. Chry. de vit. Mon.

Adolescētia otiosa, ōni bestia imanior ē. Id. sup Mat.

Rr v lu.

ADOLESCENTIA.

Iuuentus neglecta, syluescit. Ibidem.
Ferarum morsus, ornamenta sunt iuuetutis. Tert.
Sicut in equis ferocioribus, ita interdū ex adolescē
tū vitijs, p̄clara virtutū indoles deprehēditur. lb.
Sicut in senibus sobrietas, & perfectio morum requi
ritur: ita in adolescētibus, obsequium & subiectio
rite debetur. Cypr. de. 12. Abus.
Iuuentus quæ sine fructu præterijt, saltē in sene
ctute resipiscat. Greg. super Euang.
Hoc est profecto difficillimum regnādi genus, exer
cere iuuentutem in suis sensibus principatum, ra
rum omnino bonum est, dominum triūphare de
moribus, & hoc cōsequi in florida ætate, quod vix
in senectute consequitur. Casiod. super psal.

SENECTVS.

EX GRÆCIS.

Hominem senescere, via est in corruptionem.
Arist. Pol. 1.
Mors senū sine tristitia est, nullo enim dolo
re eis contingente moriuntur. Idem de long. vit.
Animalia multum coēuntia, cito senescunt. Ibidem.
Senectutis beneficiū est, libertas. Plut. de cup. diuit.
Cum cætera omnia senectute minuantur, sola sapiē
tia senectute crescit. Idem de Educ. lib.
Qui sponte à voluptate recedit, sapiens est: qui vero
ipsam prorsus non desiderat, beatus est. senectas
autē vtriq; istorū idonea est: nā & prudētiores ho
mines

mines & voluptatū negligētiore^s facit. Stob. li. 2.
Senium omnimoda imperfectio est: omnia habet, &
omnibus indiget. Ibidem.

Non est grauis sapientum senectā, quorum mens di-
uina luce nutrita est. Ibidem.

Miserā in vita res est, senex egenus. Diog. libr. 4.

Omnium malorum portus senectus est, ad illam si-
quidem omnia mala confugiunt. Ibidem.

Multis iuuenibus vnus senex, si fuerit animosus me-
lior est. Ibidem.

Seni patri nihil suauius filia est, filiorū enim maiores
sunt animi, & ad blanditias minus apti. Ibidem.

Molestus vir est, inter iuuenes senex. Ibidem.

Senex amator, extrema mala fortuna est. Ibidem.

EX LATINIS.

¶ Plena est voluptatis senectus, si illa scias vti, dices:
molestū est mortem ante oculos habere. ista tā iu-
ueni quā seni ante oculos esse debet. Sene. Ep. 12.

Nihil est turpius sene viuere incipiēte. Idem Ep. 13.

Satis multum temporis sparsimus, incipiamus in se-
nectate vasa colligere: in freto viximus, in portu
moriāmur. Idem Epist. 19.

Si vis senem agere, & implere vitā, non annis adijciē-
dū, sed voluptatibus detrahendum est. Id. Ep. 20.

Frugalitas producere senectutem potest. Id. Ep. 59.

Eadē volumus senes, quē voluim⁹ pueri. Id. Ep. 62.

Ante senectutem curauī vt bene viuerem, in sene-
ctute autem curauī vt bene moriar: bene autē mo-
ri, est libenter mori. Ibidem.

SENECTVS.

Senectus insanabilis morbus est. Idem Epist. 109.
Misera est senectus, quæ se tantum oratione defendit. Cato maior.

Senibus labores corporis sunt minuendi, exercitationes autem animi augendæ. Cice. 3 Offi.

Auaritia senilis vituperanda est, maxime potest enim quicquid esse absurdus, quam quo minus vitæ restat, eo plus viatici quærere? Ibidem.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶ In iuuetute speratur senectus: vtrum cõtingat incertum est, est tamẽ quod speretur: senectus autẽ aliam ætatem, quam speret non habet, incertum est quandiu ipsa senectus sit homini, certum tamen nullam ætatem remanere, quæ possit succedere senectuti. August. in ser. quod.

Sit senectus vestra puerilis, & pueritia senilis, id est, nec sapientia vestra sit cum superbia, nec humilitas sine sapientia. Idem super psal. 112.

Senum sermo non solum sit grauis, sed etiam breuis. Ibidem.

Cum cuncta vitia in sene consenescant, sola auaritia iuuenescit. Ibidem.

Etiam si senes magis decet docere quam discere, magis tamen decet discere quam ignorare. Idem super Epist. ad Heb.

Nemo tam fractis viribus, & decrepitæ ætatis est, qui non putet se adhuc vnum annum esse victurum. Hier in Ep,

Senectus non facit laudabilem. Ibidem,
 Ut æqualiũ vsus, ita senũ dulcior est. Amb. in Hex.
 Quæ pueri suscepimus, senes posteris relinquamus.
 Ibidem.

Erubescat senectus, quæ se emendare non p̄t. Ibidem.
 Quid naturam incusas homo? habet illa impedimen-
 ta quædam, senectatem & infirmitatem: sed senec-
 tus ipsa in bonis moribus dulcior est, in consiliis
 subtilior, ad constantiam mortis promptior, ad re-
 primendas libidines fortior, infirmitas corporis,
 sobrietas mentis est. Ibidem.

Inter abusiones huius seculi, sola maior est, senis ob-
 stinatio. Hug. de Claus. Anim.

Nihil est quod senectuti magis noceat, & dies homi-
 nis abbreviet, quàm tristitia, nihil est hilari senec-
 tute iucundius. Casiod. in Epist.

Iusti senes, peccata adolescentiæ formidant. Greg.
 in Mor.

Senibus mors est in ianuis, iuuenibus autem in insi-
 dijs. Bern. in Epist.

TEMPVS, ET ÆTAS.

EX GRÆCIS.

Finiti ad infinitũ nulla est p̄portio. Arist. Phi. 8.
 Instans est principium futuri, & finis præteri-
 ti. Ibidem.

Sapientissimum omnium tempus est, inuenit enim
 omnia

TEMPVS, ET

omnia. Plut. in Apophteg.

Insapientes bona quoq; præsentia transmittunt, vñ
de ad futurum vergunt intentissimè eorum cu-
ræ, prudentes contra acri recordatione reducunt
in rem præsentem, vel ea quæ iam non sunt, insta-
re etiam atq; adesse faciunt. Ibidem.

Nullum tempus est intempestiuum ad animæ sanita-
tem. Diog. lib. 10.

Tempus legibus potentius est. Ibidem.

Præsens apud te necessaria meditare, ne præsens ab-
sis. Stob. lib. 4.

Factum quod est, nouit & stultus. Homer. Iliad. 28.

Ad melius verte futurum, quodcunque accidit. Eu-
ripid. in Her.

EX LATINIS.

¶ Quem mihi dabis, qui aliquod pretium tempori
ponat? qui diem æstimet? qui intelligat se quoti-
die mori? Senec. Epist. 1.

Omnia aliena sunt, tempus tantum nostrum est. Ib.

Punctum est quod viuimus, & adhuc pacto minus.

Idem Ep. 49.

Infirmæ terrenæque mentis est, numerare annos.

Quint. Dec. 4.

Sensim sine sensu ætas senescit, nec subito frangi-
tur, sed diuturnitate extinguatur. Ibidem.

Quæ potest esse in vita iucunditas, cum dies ac
noctes cogitandum sit, iam iam esse moriendum.

Idem Tuscul. 1.

Sæpè utile est nescire quod futurum est, miserum est
enim

enim nihil proficientem angit. Idem. 3. de Nat. D.
Nunc satis est placuisse paucis, posteriora æquiora
sunt iudicia. Ibidem.

Ex præterito possunt futura deprehendi. Plin. lib. 1.
Præterita non præterisse impossibile est. Ibidem.

Dies alius de alio iudicat. Ibidem.

Alijs tempora defunt, alij temporibus super sunt.
Max. libr. 6.

Tanto breuius omne, quanto fœlicius tempus. Plin.
libr. 8.

Quod fieri debet de proximo, habetur pro facto.
Apud Iuricons.

Præterita magis reprehēdi, q̄ corrigi possunt. Ibid.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS
ILLVSTRIBVS.

¶ In toto seculo generis humani primum tēpus est
ante legem; secundum sub lege; tertium sub gra-
tia; quartum in pace. Aug. Quæst. 83.

Homini crescenti non adduntur, sed subtrahuntur
anni. Idem super psal. 65.

Tempus species mensuræ est, & tempora transeunt,
vt veniat mensuræ promissio. Ibidem.

Ne dicas meliora fuerunt tēpora q̄ nunc sunt: virtu-
tes faciūt dies bonos, vitia malos. Hier. su. eccl. li. 2

Ne nimium operis consumas in rebus leuissimis. fu-
gax est ætas, & vitrea res valetudo: non quibusli-
bet est impendenda, quædam despicienda sunt, &
animus ad magna erigendus. Idem.

NOVITAS.

Sapientj

NOVITAS.

Sapienti nihil nouum aut pergrinū est. Diog.
libr. 6.

Magna pars mali, apud imperitos, nouitas est.
Sene Epist 77.

Supervacuum foret in studijs labor longus, si nihil li-
ceret melius inuenire præteritis. Quint. lib. 3.

Nihil est simul inuentum & perfectum. Cicer. de
Clar. Orat.

Euētus varios res noua semper habet. Oui. 3. d. Pōt.

Nouū omne & incognitū qđ est, suspectū est. Tert.

Gratiam conciliat nouitas. Ibidem.

Nouum factū, nouum consiliū expetit. Apud Iurif.

Nouitas contra Ecclesie ritum mihi non placet, ma-
ter est enim nouitas temeritatis, soror superstitio-
nis, leuitatis filia. Bernard. in Epist.

ANTIQUITAS.

Multa egerunt, qui ante nos fuerunt, sed nō
peragerunt. Senec. Epist. 65.

Exempla ex veteri memoria ac monumē-
tis, plena dignitatis, plena antiquitatis, plurimū
solent & authoritatis habere ad probandum, & io-
cunditatis ad audiendum. Cic. in Verr.

Multo plura reperiuntur apud veteres, quæ nobis
probāda sunt, q̄ quæ repudianda. Col. de Re Rust.

Antiquitas, humana diuinis miscuit. Liui. libr. 1.
Dec. 1.

Antiquis

ANTIQUITAS.

329

Antiquis in rebus si qua sunt veris similia, pro veris accipiuntur. Ibidem.

Nihil motum ex antiquo probabile est. Ibidem.

Veteribus standum est, nisi vbi vsus euidenter arguit. Ibidem.

Antiquitas non preiudicat antiquitati. Aug. quæst. ex Vtr. test.

Antiquitas errorum omnium mater est. Idem Serm. de Nup.

Veteribus suo multa licuerunt tempore, quæ nunc non licent. Aug. 3. Conf.

Antiquorum gesta nobis prophetiæ sunt. Greg. super, Psalm.

PRINCIPIUM.

EX GRÆCIS.

P Principium dimidium operis est. Plat. de Leg.
Principium quantitate est minimum, potestate est maximum. Arist. Elench. 2.

Principio inuento facile est augere reliqua. Ibidem.

Contra negantes principium non est disputandum. Idem Phys. 1.

Alteratio subita non habet principium. Id. Ph. 2.

Propensi in vitia fugiant ab initio. Plut. de Polit.

Difficultas initi; patienter ferenda est: habent enim initia non nihil obscuritatis, quod iuvenes inexpertos torquet. Idem de off. audit.

Qui docere aliquid instituit, necesse habet aliquid

Sc

cer.

PRINCIPIVM.

certum & indubitatum prestare principium. Diog. li. 7

EX LATINIS ET SACRIS.

¶ Ut peruenire ad summa, nisi ex principijs non potest: ita procedente iam opere, minima incipiunt esse quæ sunt prima. Quint. li. 12.

Omnia rerum principia parua sunt, sed suis progressibus vsa augmentur. Cic. 5. de. finib.

Egressus malitiæ virtutis operatur ingressum. Amb. de offic.

Sicut nemo suum cognouit initium, sic nec cognouit exitum. Greg. 29. Mor.

Quod inter principium & finem clauditur, breue est. Idem 14. Mor.

MEDIUM ET PRÆTERITUM.

Præterita magis reprehendi, quam corrigi possunt. Plin. li. 12.

Non queritur quid vel qualis fuerit: præterita enim nec condénant, nec iudicant. Amb. de. Offi.

Primordia recolenda sunt, attendenda media, præcauenda nouissima. Ber. 2. de Conf.

Medium tene, si non vis perdere modum. Ibidem.

Quanto aliquid magis accedit ad medium, tanto est melius: & quanto magis recedit, tanto est peius.

Arist. Poli. 4.

Aliquando dimidium plus est quàm totum. Plat de leg.

Medium sapit naturam extremorum. Apud Iurisc.

FINIS. EX GRÆCIS.

C Vius finis est melior, ipsum quoq; est melius.
Arist. Top. 3.
Finis est magis eligendus, quàm quæ sunt ad
finem. Ibidem.

Finis non solum est vltimum rei, sed & optimum.
Idem Phi. 2.

Quoties exitus rei satis ostendit principia, debemus
esse contenti, quo cetera intelliguntur, Quint,
lib. 4.

Hoc plerumq; facimus, vt consilia euertis pondere-
mus: & cui bene aliquid cesserit, multum illud præui-
diffe: cui secus, nihil sensisse dicam. Cic. pro Rab.

Euentus belli, quasi iudex iustus est. Liui. dec. 3. li. 1.
Si rationem posteritatis habeas, quidquid non est in-
choatum, pro peracto est. Plin lib. 4.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS
ILLVSTRIBVS.

¶ Multum interest cum aliquid boni facimus, cuius
rei contemplatione facimus: officium quippe no-
strum non officio, sed fine p̄sandum est. Aug. sup Ioã.

Finis laudabile reddit opus. Idem de Mor. Man.

Sicut non est finis gaudio bonorum: ita non est finis
tormento malorum. Greg. 4. Dial.

¶ Quoniam euentus rerum voluntati se non accom-
modant nos voluntatem euentibus accommodare
debemus. Idem lib. 2.

Primi Tomi finis.

Joan. Barrerius
morabitur in Legion
se unius de Reson

FRA TER FERDINANDVS
de Tauora, venerabili Andreae
Ebcrensi. S.





Erlegi (venerabilis Andrea) hos locos omnes, ex tot grauissimis autoribus depromptos, tam ethnicorum quam sanctorum patrum: cumq; negotium quod suscepisti, non ultra procedat, quam in vnum congerere, quod sparsim legeris, & quae utili ac peruigili electione collegeris, seuerius examinari non requirit: vidiisti, collegisti, scripsisti, iam probata in lucem proferri possunt. VALE,



CONIMBRICAE.

Excudebat Ioan. Barrerius. Idib. Ianuar.
Anno. M. D. LXIX.





Andreas

1507. 11.

Chimney
Parson

R
4
16